

Index Librorum Hebraorum Chald. Syr. & Arabic.

que defendere possent; animi tamen illorum in se invicem adeo acerbi erant, ut Patres Christiani a Judæorum Libris abhorrent; pauci de Hebræa vel Chaldaica Lingua solliciti erant; Nov. Test. Græce scriptum, Vetus etiam Græce versum ab Apostolis accepissent; plures Textum Hebr. corruptum esse credebant; Versionibus Græcis propter *notissimum Linguae Gr.* usum tanta erat auctoritas, ut Hebraicæ Veritati præferrentur. Vid. S. Augustin. Epist. 71. & Hieron. Resp. Ep. 75. Tom. 2. Persecutiones etiam adeo grassabantur, ut Linguarum studiis vacare vix quemvis penes erat. Christiani in rebus majoris momenti versati, vitæ gaudia futuræ avidi sperantes, pietatis officiis operam dabant, ut mundo *mortui*, Deo *viverent*.

Jacob. *Tavvofus*, vel *Tavusius* aut *Tusius* Judæus, ita dictus ab urbe *Tus*, Academia: Pentateuchum *Perfice* vertit in usum Judæorum qui in *Persia* commorati sunt. Extat in *Walton. Polyglot.* Tom. 4. Observatu dignum est, hanc Versionem, vaticinium *Jacob* (de Sceptro Judæ auferendo) de *Messia* explicare. Hinc doctissimus *Walton.* contendit argumentum contra Judæos esse insolubile ad probandum Messiam jam venisse. *Prolegom.* 16. p. 102. §. 7.

Templi Suppellex. vid. Chel. Hammikd.

Tephillah. vid. *Maimon. Jad Chaz.* P. 1. L. 2. Tract. 2.

Terumoth. vid. *Mischn. P. 1.* Tract. 6. & *Maimon. Jad Chaz.* P. 2. L. 7. Tract. 3.

Tzedah Ladder. vid. Menachem

צמח דוד *Tzemach.* (germen) *Davidis*, est Chronologia sacra & profana ab Orbe condito ad annum 5352, Christi 1592. Auctore R. *David. Ganz.* Pragæ, 1592 4to.

Guil. Henr. Vorstius Hebraica Latine vertit, ediditque cum Versione *Pirk. Eliezer*, & notis; quibus etiam inserta sunt Hebraorum tam veterum quam recentiorum testimonia de D. JESU, nec non de pseudochristis Judæorum. *Lugdun. Bat.* 1644 4to.

Tzeror Hammor. vid. Abraham Seba V.

Vacca Rufa. vid. Par. Adum.

Uzielides, five Jonathan Ben Uziel. vid. Targum Z.

Zebhachim. vid. *Mischn. P. 5.* Tract. 1.

זוהר *Zohar*, Splendor: est Commentarius in Legem Cabalisticus, (Auctore R. *Schimeon. Ben Jochai: Cremonæ* Edit. cum Comment. Var. A. M. 5319.) Hunc Librum, *Talmude* antiquiorem esse volunt Judæi, quia nullibi vel *Gemara* vel *Talmudis* mentionem facit: & in *Talmude*, nomen R. *Schimeon* sæpius refertur: e contra dici potest; quamvis cujusdam R. *Schimeon.* memoria per totum *Talmud* celebris sit, non tamen *Cabbala* ejus, sed *Decisiones* Juridicæ, & sententiæ in dubiis late laudantur. Hinc nihil causæ est quare *Zohar* ad *Gemaram* vel *Talmud* confugeret. Conjecturam faciunt docti *Zohar* prodidisse seculo Christi decimo tertio, quo tempore editus erat Liber ejusdem argumenti & styli, cui titulus מערכת המורה *Maarecbeth haelobuth, Dispositio Divinitatis:* Auctore R. *Peretz.* qui vixit circa an. 1240 *Mantua* 4to. 1558. Qui plura vult, adeat *Buxtorf.* De *Abbreviaturis* in רש"י *Morin. Exercit.* L. 2. c. 4. &c. & *Wolffii Bibliothec. Hebr.* p. 1134. Editio *Zohar* ultima prodit *Amstelod.* 1714. 4to

INDEX totius MISCHNÆ, cum nominibus doctissimorum qui Hebraica Latine reddiderunt.

PARS PRIMA,

סדר זרעים Seder Zeraim,

Ordo Seminum.

1. ברכות *Berachoth, Benedictiones.* De tempore, loco & circumstantiis, quibus gratiæ & preces Deo offerendæ sunt, qui terræ fructus cæteraque beneficia nobis indulget. *Gul. Guisius, Jo. Ulmannus*.* Hic est ille *Guisius*, quem in omni re Literaria, Orientali præcipue versatissimum, tantis laudibus ornat doctissimus *Bernardus*, ejusque mortem immaturam (1683. æt. 31) studio deslet amicissimo: vid. *Epistol. ad Narcissum Marso Episcopum Fernensem;* præfix. *Mischnæ Surenhusii*, P. 1. Ab eruditissimo *Millio* vocatur, *Orientalis, & quidem omnigenæ literaturæ pro ætate miraculum.* *Proleg. in N. T.* §. 1509.
2. פאה *Peah, Angulus, Agri*, qui relinquendus est pauperibus tempore messis. *Lev.* 19. 9, 10. & 23. 22. *Deut.* 24. 19, 20, 21. *Gul. Guisius.*
3. דמאי *Demai, Res dubia:* five id de quo dubium est an decimæ ejus solvantur necne. *Idem.*
4. כלאים *Cilaim, Heterogenea:* quæ non junctim ferenda; animalia quæ, & vestes quæ, non commiscendæ sunt. *Levit.* 19. 19. *Deut.* 22. 9, 10, 11. *Idem.*
5. שביעית *Schebiith, Annus Septimus.* De Jure Anni illius quo nec seritur nec metitur. *Ex.* 23. 10, 11. *Lev.* 25. 2--7. *Idem.*
6. תרומות *Terumoth, Oblationes, Spontanæ,* quas de bonis suis quisque separabat, & quasi sacras sacerdoti offerebat, *Exod.* 25. 2. *Idem.*
7. מעשרות *Maaferoth, Decimæ, primæ,* quæ Levitis dabantur; & quales. *Num.* 18. 21, 24. *Idem* ad cap. 3. §. 4. & *Gul. Surenhusius.*
8. מעשר שני *Maafer Scheni, Decimæ secunda, & pauperum,* quas Hierosolymis comedere Israelitas oportebat. *Deut.* 24. 22, &c. *Idem.*
9. חלה *Challah, Placenta:* quam mulieres depentes sacerdoti offerre tenebantur, cum variis ejus circumstantiis. *Num.* 15. 20, 21. *Idem.*
10. ערלה *Orlah, Præputium.* De Arboribus quæ per tres annos primos præputiata dicebantur; ideoque illarum fructus esse illicitos. *Lev.* 19. 23, 24, 25. *Idem.*
11. בכורים *Bicurrim, Primitiæ,* quæ, & quomodo in Templo offerendæ. *Ex.* 23. 19. *Deut.* 26. 4--11 *Idem.*

PARS SECUNDA,

סדר מועד Seder Moed.

Ordo Festorum.

1. שבת *Schabbath, Sabbatum.* Leges de Sabbato oretraditæ, quæ Scribis & Pharisæis erant in usu, sub tempora Christi. *Sebast. Schmidius.* Doctissimus *Wotton S. T. P.* hanc *Mischnam* una cum illa de *Erubin*, i. e. *misturis Sabbaticis*, Hebr. & Anglice cum notis edidit, 8vo. *Lond.* 1718
2. עירובין *Erubin, Mixtura.* De cibo quem vespera Sabbati cujuslibet, loci privati incolæ commiscebant, & simul comedebant: quod fiebat, ne longius a se invicem habitantes, longiore itinere Sabbatum violarent; ac plures die Sabbati convenire possent. *Idem.*
3. פסחים *Pesachim, Pascha.* De Paschatis Festo; de fermento expurgando, de pane azymo; quid vespera Paschatis agendum; de macerando agno Paschali, &c. *Surenhusius.*
4. שקלים *Schekalim, Sicli.* De dimidio Sicli ad expiationem animæ solvendo, *Exod.* 30. 12. &c. Conclave Sanctuarii thesaurarium erat Siclorum, quibus Judæi utebantur, ad sacrificium jure emendum, viz. agnos duos, matutinum & vespertinum; cæteraque coetus sacrificia & libamina: cum sale, ligno, pane propolitionis, Homer, duobus panibus, vacca rufa, hirco emissario, & lingua coccinea. In memoriam solutionis illius, hodierni Judæi quotannis in Synagogis, legunt *Sectionem de Siclo, Exod.* 30. *Joh. Henr. Ottho, Joh. Wulferus.**
5. יומא *Ioma, dies Expiationis annuus,* ad veniam peccatis populi impetrandam, *Levit.* 16. 29. quo Judæi penitentiam variis modis, Jejuniis præcipue testari solebant. Sacerdos etiam septem ante illum diebus ad Templum se recepit, ut sanctior evaderet. *Rob. Sheringham.*
6. סוכה *Succah, Tabernaculum.* De Tabernaculorum, five Scanarum Festo, (*Lev.* 23. 33.) earumque forma: qui quamdiu, quomodo in iis vivere debeat; cum aliis Festi solennitatibus. *Surenhusius.*
7. ביצה *Betzab, Ovum:* ita dictum, quia ביצה est prima vox Libri: alias טוב יום *Jom. Tobh, Dies bonus.* De Rebus, quæ quolibet Festo, præter Sabbatum, licitæ aut illicitæ erant. *Idem.*